

1708.

1. Bajrus, Joh. Facetus: Equisationis utilitates et inconvenia.
2. Beck, Joh. Toren: De desponsationibus herorum neglecto concurren parvum iuris.
3. Eberwein, Augustus Bernhardus: De transactione agenda.
4. Escherich, Joh. Friederici: De judicis decretis iuris sonali.
5. Fichtner, Joh. Georgius: De praenitis polypaedias.
6. Fichtner, Joh. Georg: De fractione insigniorum vulgo: Verbrokung Schied und Helm.
7. Laemmermann, Christoph Augustus: Delibata Diuersorum iurium.
- 8¹. = 9¹. Lücke, Johann David: De adoratione servorum equestrium.

9. Luther, Joh. Matthaeus: De homicida in persona
errante

10. Rockebecius, Georg Paulus: De juri legum ingeniorum

11. Schmid, Joh. Gottlieb: Dissertatione in arg. super iuris statuta heretorum
ergantibus. Cum rationibus iuris iurisperitorum et decreto.

12. Schroeter, Johannes Christoporus: De exceptionibus

post sententiam opposi solitis 2 Graphe.

13. Schroeter, Johannes Christoporus: Do exceptionibus post
sententiam opposi solitis 1722.

14. Horre, Henricus Antonius: De actionibus contra
magistratum vel judicem institutis.


1709

1. Bayerus, Georgius Constantius: De foro militum priori.
legi ab.

2^a. Böger, Johannes Fridericus: De diebus confitentia
2 Graphe.

3. Damerenckher, Ioh. Frideric: De jure principibus sacro.

4. Fichtner, Joh. Georgius : De actione contractiva
de sportulis
- 5^{ta} Franeker, Tamit : De iurisdictionum frustibus
- 6^{ta} Hildebrand, Henricus : De conservatione ferorum
neciorum. Von schützlicher Regung des Wilds. 2 Graph.
7. Hildebrandus, Henricus : De jure regali in aliis
territoriis superponitatem non impetrata.
8. Roening, Johannes Georgius : De mensibus dolorificis
9. Rink, Eucharius Tholinus : De collisione legum
naturalium.
10. Sonckius, Christopherus : Saltus ab extremis ad
extremum genitissimum sive a griseam carnem privare
(quaer utique vocatur Fastnacht)
11. Waelker, Georgius Christopherus : Turicum in propria
causa — Rösser in publicam.



G. 1. num. 11.
9
1709 2a

I I
DE
DIEBVS CONTINVIS
AVTORITATE ET CONSENSV
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS
IN ALMA ALTORFINA
PRO GRADV DOCTORALI
IN AVGVRALITER DISPVTABIT
JOHANNES FRIDERICVS Silger
SVEV. WÜRTEMB.
"AD DIEM 0 SEPT. ANNO d^o 1709 IX.

LITERIS KOHLESII, VNIV. TYPOGR.



PRAENOBILISSIMO AC PERQUAM STRENUO
DOMINO


ANDREÆ INGOLSTÆTTERO
SERENISSIMI DUCIS WURTEMBER-

GICI CONSILIARIO GRAVISSIMO,
DOMINO PARENTI IMMORTALITER DE ME MERITO
IN PERPETUÆ OBSERVANTIAE ET OBSEQUII PIGNUS,
GRATIQUE ANIMI PRO INNÜMERIS
BENEFICIIS TESTIFICATIONEM

INAUGURALEM HANC DISPUTATIONEM

DO DIC CONSECRÔ

J. F. Bilger.





JESUS FORTUNET BENE SUSCEPTA.

§. I.



*I*ei vox, utrum à Dio, an Diuo, an Diei Ety-
allunde deducta sit, solicitius h̄c in mol. re-
dagare nolo. Faciant id, quibus est missivē.
opera pretium. Vid. interea, si pla-
cet, Varro de Lingua Lat. Lib. 4.
Barth. in Adversar. Gyrald. de tem-
por. partib. Potior mihi cura erit de
eius natura, quatenus ad Jurispru-
dentiae limites accedit,

§. II.

More Romano Dies à media nocte incipit, & sequentis Romanis
noctis media parte finitur, itaque quicquid in his viginti qua dies est 24
tuor horis, i. e. duabus dimidiatis noctibus, & Luce media
actum est, perinde est, quasi quavis hora lucis actum esset,
definitore Paulo in l. 8. ff. de feris. quem reculit Pontifex Inno-
centius III. in cap. consuluit 24. X. de offic. & potest. Iudic. de
leg. Unde tritum illud:

Incipit Ecclesia medio sub tempore noctis.

Et sic dicitur dies esse viginti quatuor horarum. Alexand. Consil.
190. Lib. 6.

A 2

§. III.

§. III.

*Stricili pro Strictius ex his 24. horis illa pars dies appellatur, quando
spatio L. n. sol est super terram, d. c. consuluit. 24. Feder. de Sen. consil.
cis,* 44. ubi ait : *quod dies finiatur ab hora completorii, & quod
vox non veniat appellatione Dier, nisi per fictionem. Hinc Iudor.
L. s. c. 3. Diem per solis praesentiam definit : & Plinio diem ad-
mittere, est apertis fenestris lucem accipere. Lib. 9. epist. 36.
hoc modo etiam sumitur in cap. 3. X. de Homicid.*

§. IV.

*Et 12. Sæpe numero denotat spatium duodecim horarum, juxta
horar. illud Domini ad Discipulos. Nonne duodecim horæ sunt diei.
Joh. II. v. 9. Toton autem dies incipit ab ortu Solis, & desinit occasu
illius, cuius horæ variant pro temporum & Regionum varietate,
de hoc Paulus Jureconsultus loquitur in L. 2. s. I. de V. S. scri-
bens : *Cujusque diei major pars est horarum septem primarum,
non supremarum. Id est : Major pars lucis est a sexta hora ma-
tutina, usque ad primam pomeridianam, non computatis su-
premis ante sextam matutinam, quæ supremæ, id est anterio-
res sunt. Petr. Gregor. Tholo!. Syntagm. J. V. l. 42. cap. 32. n. 50.**

§. V.

*Nox, Hujus oppositum Nox est, Gen. I. v. 4. l. 124. ff. de V. S.
mane, Principium Diei veteres appellabant mane : vel quia manat ab
oriente dies, ut vult Varro, de L. L. lib. 5. vel, secund. Ma-
crobi. I. Saturnal. 3. boni ominis causa, cum mane significet bo-
Immane num, cuius contrarium est immane, Wissenbach. in Comment.
ad d. l. n. 8. & seq. plura leges ap. Antonell. de Tempore legali
Lib. I. cap. 3. num. 20. seqq.*

§. VI.

*Dies arti- Hic Dies ab ortu Solis ad occasum vocatur Doctoribus
ficialis. artificialis, non quod in hominis artificio consistat, sed quia
Juris artificio applicatur ad actus hominum, ubicunque distinguit
jus*

ius inter diem & noctem. Bald. in l. 8. ff. de feriis. Unde potest per statuta locorum determinari & præscribi, augeri & minui, ut scilicet dies esse censetur usque ad solum Campanæ. Anton. tr. de Temp. legal. cap. 3. num. 32. Ubi itaque in dispositione legis vel hominis mentio sit diei, in favorabilibus intelligitur de naturali, in odiosis vero & paenitibus de artificiali. Antonell. d. l.

§. VII.

A Die est *Dietæ*, quam vocant itinerationem unius diei; in qua assignantur 20. millaria singulis diebus itineranti. Gemin. Consil. 27. n. 4. Tusch. lit D. concl. 405. Vid. §. 16. Inst. de excusat Tut. & Curat. & omnino Excellentiss. Dn. D. Spiz, Cod. & J. Feud. P. P. famigeratissimus, Illustris Reipubl. Norimbergensis Consiliarius gravissimus, Facultatis sue Senior perquam Venerandus, Præceptor & studiorum meorum Promotor adurnam usque colendus, in paraphr. & Comment. ad d. §. 16. Hoc modo Joh. de Janua, Dieta, ait, diei itineratio, unde dietare. Continet autem dieta legalis 20. millaria Italica: Dietæ vero vulgaris dicitur illa, quæ habetur secundum consuetudinem Regionis. vid. Fleta Lib. 4. c. 28. ap. Carol. du Fresne *Glossar. h.v.* unde Alanus in Anticlaudiano l. 4. c. 9.

Dietæ.

Ilic Saturnus spatium percurrit avaro

Cursu progressuque gravi longaque dietæ.

& Lib. 6. Cap. 4.

Tandem fessa tremens, admirans Virgo Dietam.

Explet.

§. VIII.

Diei in Jure frequentissimus est usus, idemque varius, pro *Diei variatione* negotiorum, quæ peraguntur. In Canon. hoc ipsum *rius usus*, caus. 33. quæst. 2. sumitur pro Anno. Aliquando pro tempore, *& accessus* quod dividitur in præsens, præteritum & futurum. Usitissime *ptio*. Dies denotat illud tempus, quo aliquid fieri, inchoari vel finiri debet, arg. t. t. de in diem addit. Sic cedere diem, & venire *Cedere & diem*, significat diem obligationis & exequutionis in l. 213. ff. de venire *V. S. diem*,

N. s. Ein anders ist / wann die Schuld anhebt / ein anders ist / wann sie gefällig ist / daß man sie fordern kan. Hinc dicitur ein **Zinsz-Tag**. In Judiciis diem indicere , ist einen **Gerichts-Tag** benennen und ansetzen / & è contrario diem proferre , est in aliud tempus rejicere ; den Termin aufzehmen / prorogiren / verschoben.

§. IX.

Scopus de continuis De omnibus significatibus hac vice agere non vacat , brevitati enim studeo. De continua saltem pauca in medium afferre animus est. Dicitur autem continuum à continere , quod Germanicè est **zusammen halten**. Ut ita continuum sit , quod continua terminis cohæret , non interruptum , quod intervallis caret : Wanns aneinander hängt / an einem Stücke / an einer Reihe / veluti possessio continua , non interrupta. Generis continua series dicitur in *L. 5. C. de emancip.* Græcè Συνεχὴς καὶ διηγεῖσθαι.

§. X.

Definitio. Dierum continuorum mentio fit in locis infinitis Juris nostri Justinianei. Definiri possunt , quod sint Dies , qui sine interruptione currunt , nullis exceptis aut subductis , sive feriatis sint , sive non : neque attenditur , utrum quis sciens sit , an ignorans , absens an præsens , habeatque facultatem agendi , nec ne. Vid. v. g. l. 8. ff. de his qui not. infam. l. 1. §. dies 6. ff. de agnosc. vel alend. Lib. l. 31. §. 1. de Usucap. l. 4. C. de quadrienn. prescript. l. ult. C. de tempor. in integr. restit. l. 2. §. 1. de Collus. detegenda. l. 6. ff. de Usu & Usufr. leg. l. 24. in f. ff. ad Sct. Vellej. l. 38. de Excus. Tutor. §. 16. Instit. eod. &c. &c.

§. XI.

Utilis. His opponuntur utilis , qui non currunt , nisi scientibus : Hinc illis ante notitiam potestas agendi , vel juris experiundi

riundi manet semper salva & integra , d. l. 1. §. 6. l. 3. ff. de ac-
cusat. l. 1. ff. de divers. temp. prescript. l. 2. ff. quis Ordo in
bonor. poss. serv. Struv. ad. II. Exercit. 46. 6. 13. Lauterbach. Disp.
de Varietate Temp. cap. 2. n. 10. Dn. Bardil. Cognatum meum olim,
omni honoris cultu memorandum, Disp. de Temp. Util. & contin.
De Anno utili vid. Besold, Thesaur. pract. voce Jahr & p. 446.

S. XII.

Dividuntur dies continuali in strictè sic dictos , & latius Divisio in
consideratos. Strictè sic dictos voco illos , qui cohærentiam habent contiguam , quorumve conditio & manet semper latè sic
& continuali sive indefinenter eadem , quales sunt dies servi dictos .
tutis personalis. Servi namque , quamdiu in isthac duriori con-
ditione continentur , semper iidem sunt , i. e. absque Liber-
tate & Dominis suis , velut mancipia obnoxii sunt , adeo , ut nec
statum , nec caput , nec voluntatem habere dicantur in §. ult.
Inst. de Jure Pers. ibi quia nullum caput habent , ubi per ca-
put intelligitur jus , familia , civitas , Libertas. l. 3. in f. ff.
de Cap. dimin. l. 4. ff. de Reg. Jur. Hinc pro nullis haberi
illos pronunciavit ICtus in l. 32. ff. de Reg. Juris. nec later per-
sonas referri , Vultej. ad pr. Inst. de Jure Pers. ubi scribit : ser-
vus est homo , sed non persona. Homo naturæ nomen est ;
Personæ juris Civilis. Theophilo sunt ἀργοντα , hinc nec
civiliter obligantur , nec patrem , nec matrem , nec liberos
in potestate habere censentur arg. §. 10. f. de Nupt. Paul. 4.
Sent. Tit. 10. add. l. 7. ff. unde Cognat. l. 1. §. 4. ad Sct Terrull.
l. 2. §. 2. cod. l. 12. §. de accusat. §. pen. ibi : servitute cognati-
o periit. Inst. de Cap. dimin. Una igitur & continua sem-
perque cohærens servis est fors , contigua & indefinens illius
miserae conditionis qualitas l. 5. ff. de Stat. Hom. licet quoad
servitia , famulitia & ministeria differant , unusque altero me-
liori honestiorique loco ad ministerium suum faciendum accom-
mode-

modetur, cœu videre est in §. 7. *Inst. de Injur.* de quo discri-
mine extat tractatus exsciatissimus Laurentii Pignorii. Et
hujus significatus Dies continui in orbe Politico & Civili occur-
runt numero infinito.

§. XIII.

Late.

Continuum latius acceptum est, quod gaudet intervallis,
nec necesse est, ut perpetuū & indefinenter cohæreat; aut
idem semper sit tempore, quod etiam continuum civiliter dici
Doctoribus solet. Cald. *Conf. 88.* Hoc pacto continuus intel-
ligitur v. gr. commensalis, qui talis habetur, etiamsi quando-
que absit. Idem judicandum de continua Residentia, quæ iti-
dem Civiliter exaudienda, nempe horis congruis, salva neces-
itate & infirmitate, Cald. d. I. Tusch. *lit. C.* *concl. 977.* ubi alle-
gat illud: *nunquam e manu tua exeat Psalterium:* Subintel-
lige horas congruas. Eapropter si concessum sit privilegium al-
cui, qui decem annos continuos habitaverit in Civitate, non
nocet illi, licet iter faciat aliorum, valetudinis causa, vel
messium causa rusticetur, vel negotiandi ergo ad nundinas
proficiscatur, nam ex quo reversus est in Civitatem, conti-
nuò habitasse reputatur. Joh. de Immol. *Conf. 9.* *in f.* & hoc
sensu sumitur Pomponio *in l. 8. ff. de Condit.* & *Demonstrat.*

§. XIV.

*Continuus**Actus.**Testament.*

Continuus actus in jure vocatur is, qui non admittit
alium intermedium. Tale est negotium testandi, sive testamen-
tum, in quo solennitates testium in uno continuo actu peragi
debent. *l. 21. ff. qui testam. fac. poss.* Proinde si contractus,
aut aliud negotium hisce solennitatibus admisceatur, testamen-
tum vi sua destituitur *l. 20. ff. de V. S. l. 21. C. de testam.* Lau-
terb. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* dissentit Alciat. *ad d. l. 20. n. 6.*
& CZ. *J. F. part. 3. Conf. 5. def. 20.* propter *l. 26. de pignor-*
act. Nec obstat, quod testamentum olim per æs & libram fuerit
factum,

factum , & ita contractus habuisse speciem . Alciat . d . l . 20 . n .
4 . Vigl . § . 10 . vers . sed neque Inst . de testam . in ord .

§ . XV .

Aliter dicuntur in delinquentे & facinoroſo delicta conti- Delicta
nua , non quod indeſinenter delinquatur , ſed quod natura continua
cam prava ſit prädictus , ut non dimittere peccandi conſuetudi-
nem credatur , cui , ut Ulpianus loqui amat in l . 1 . ad Sct .
Maced . natura ſceleris cauſas ita adminiſtrat , ut quavis occa-
ſione male agendi conſuetudinem repeatat , nec deponat uſque
ad mortem . Et hujusmodi continuatio facit , ut plura cen-
ſeantur unicum factum . arg . l . ſed ſi manente s . ff . de precar .
Fed . de Sen . Consil . 7 . n . 4 . v . aetius quidam . Alexand . L . 2 . Con-
ſil . 24 . n . 28 . Continuatio enim iſtæ colligitur ex radice &
reliquiis primi delicti emanasse , nec präsumitur pconſentia ,
nec immutatio aut conuerſio , etiam ſi migraverit in aliū lo-
cum , juxta vulgatum Verſiculum :

Calum non animum mutant , qui trans mare currunt Horatius I
Epift . XI .

§ . XVI .

Deinde dies continuū dividuntur , ut ſint tales , vel ratione Alia Di-
initii , vel ex poſtfacto , ratione cursus . Illi perhibentur , qui vijor ratio-
incipiunt currere etiam ignorantibus . Hi currunt demum poſt ne initii
ſcientiam continuū cohārente ſerie , nullo excepto , ne illis & cursus .
quidem , quibus copia agendi non eſt in judiciis . vid . Vina . ad § .

16 . Inst . de Excus . Tutor .

§ . XVII .

Ignorantibus currunt Dies p̄ſcriptionis longi & longiſſimi . Preſcri-
mi temporis , quando quis ob poſſeſſionem temporis lege deſi p̄tio .
nici acquirit rei alienæ Dominium , eine Verjährung . Illa eſt
inter p̄ſentes decem , inter abſentes viginti annos . pr . Inst . de
Uſucap . l . fin . C . de Uſucap . transform . Hęc trīginta & ultra an-
norūm l . s . § . 1 . de p̄ſer . 30 . annor . & paſſim . Quod autem dies
præ-

B

præ-

præscriptioni dicti, ignorantibus elabantur, manifestò probat. l. ult. Cod. de prescript. longi temp. ibi : nulla ignorantia vel scientia expectanda. l. 3. inf. & l. 4. C. de prescript. 30. vel 40. Annor. junct. l. 1. C. si advers. vendit. Vi horum textuum namque omnis defensio contra præscriptionem 30. annorum excluditur. Nov. 119. cap. rursus 7. cap. ad aures X. de Præscriptionibus: ubi quadragenialis præscriptio omnem actionem excludit. C. Volum. caus. 16. quest. 4. secundum quem præstatur quies inconculsa. l. ult. C. de fund. patrim. Lib. 11. Et l. 4. C. de prescript. 40. Annorum, plenissimam munitionem & securitatem tribuit. Profecto enim aliter si statuendum esset, omnis ignorantiam prætendens audiretur, quod foret absurdum. Tusch. lit. T. Concl. 33. Bald. Confil. 329. Immò omnes leges tanta solertia de hac materia conditæ nobis servirent, ut loquuntur Doctores, de vento, sie verkaufften uns Wind. Nec ratio impulsiva repe- riret locum, quæ bonum publicum est, ut litium forensium tandem esset aliquis finis, nec dominia rerum semper hæsitarent in incerto. l. 1. ff. de Usucaption. Covarr. in Cap. mala fidei. de Reg. Jur. in 6. p. 1. §. 1. num. ult. & p. 3 pr. n. 1. Berlich. part. 2. conclus. 10. Idem sentiendum est de præscriptione rerum mo- bilium per l. 31. ff. de Usucaption.

§. XVIII.

Opposito. Sunt tamen multi, qui contrarium defendere conantur, putantes, dari restitutionem in integrum intra quadriennium, quod currit à die scientiæ. vid. Tusch. dict. conclus. 33. Verum enim verò pugnat hæc sententia omnino contra leges & jura in præcedenti thesi adducta. Cum enim bono publico sit introducta præscriptio, & Domini rerum usucaptarum tanto tempore à jure suo exclusi, possiat nihilominus habere regressum ad rem, à qua juris dispositione cecidere, certè restitutio poterit locum invenire vel minimè. Non squidem potest exclusus dici, qui a Pra-

Prætore per in integrum restitutionem suum valet recuperare.
l. 6. ff. de in Integr. resp. Neque facit quicquam ad rem, quod ignoranti nihil possit imputari. Quandoquidem tam longinquum silentium Domini, in rem suam non inquirentis, habetur pro negligencia præsumpta. Præterea non nuda petitionis sive Domini persona, sed bonum publicum & possessoris persona, quæ tam diuturno tempore fuit in quieta possessione, & rem, justo titulo accedente, plerumque pretio comparavit.

S. XIX.

Quicquid autem hujus sit, communissima tamen est inter-*Communis* pretum sententia, ex capite ignorantiae dari restitucionem ob*sententia*.
 æquitatem, ceu tradit Alexander *consil. 71. n. 3. vol. 1. Welenbec.*
consil. 5. n. 32. Mynsing. dec. 21. n. 3. n. 17. Gail. 2. Obs. 19. Fachin.
Controv. I. cap. 69. Cz. L. 2. Resp. 66. num. 10. Mev. part. 7. dec. 174.

S. XX.

Fiscus quoque quatuor annorum intercedente præscriptione *Fiscus quo bona vacanta sive caduca amittit. l. 1. C. de quadrienn. præscr. ad bona Nam & hic tempus continuum est ignorantie elabens. d. l. 1. ita vacant. ut possessor post lapsum hujus spatij tutus sit ab Impetitione fisci. scali. l. 6. §. 7. ff. si quis omis. caus. testam. l. 18. ff. de usucap. l. 10. ff. de divers. temp. præscript. l. 1. §. 2. ff. de jure fisci.*

S. XXI.

Huc referenda veniunt ob similitudinis rationem bona ca. *Caduca fisco commissa, ob non solutum vestigal, in quibus ob vestigal præscriptio intra quinquecentum decurrit. l. 2. C. de vestigal. & gal non præscriptio Gabellario & solutum. Commiss. Hoc scil. spatio præterlapsi, præscriptio Gabellario & solutum. fisco potest opponi. Farinac. q. 173. n. 49. p. 1. Balb. de prescript. p. 2. part. 5. pr. q. 1. n. 4. Mafcard. de Probat. Concl. 837. Rosenthal. de feudis c. 5. concl. 42. Et hoc procedit etiam res, pro qua vestigal non fuit solutum, adhuc extet. l. 1. C. d. t. Vid. Brunnem. ad d. l. 1. & 2. C. de Vestigal. & Commiss.*

B 2

S. XXII.

§. XXII.

*De Mi-
nor. rati-
habit.*

Minor majorennis factus , si à tempore alienationis per tutorem inutiliter factæ , quinquennium præterlabi sinat , ratificare illam censetur , ut restitui amplius non possit. *l. ult. C. Si major factus.* Et si enim restitutio in integrum contra actus validos quadriennio præscribatur *l. ult. C. de temp. in Integ. &c.* attamen quinquennale Silentium actus per se non validos convalidat *l. ult. C. Si major factus.* Accurs. ibid. CZ. L. 5. § 75. n. 6. & seq. n. 12. adde *l. 2. C. si Major fact.* Et quamvis notum sit alias , quod illa , quæ ab initio nulla sunt , ex postfacto non possint ratificari , *l. 19. §. Idem est , ff. de novationibus. l. 3. §. scio ff. de minoribus.* Fallit tamen ista Regula in ea ratihabitione , quæ à lege introducitur ; quoniam tuuc lex ipsa per temporis decursum supplet defectum solennitatis & formæ. *Gloss. in dicta leg. verb. comprobaverint.* Vnde cursus ille quinquennii in d. *l. ult. Si Maj. factus* non est præscriptitus , sed ratihabitionis inductivus , & sanat omne nullitatis vitium , ex quovis capite proveniens , uti post Heig. part. II. q. 19. n. 9. tradit Carpzov. d. *l. n. 21.*

§. XXIII.

*De cri-
min. præ-
script.*

Criminum insuper præscriptionem temporis continui esse , nullus dubito. Est autem Præscriptio hæc modus , quo crimina per lapsum temporis à lege definiti tolluntur , & pena alias illis imponenda auferuntur. *l. 12. Cod. ad L. Cornel. de fals. Zanger. tr. de Except. p. 3. C. 10. n. 28.* Originem abolitio hæcce procul dubio à Græcis. Solonem crimina vicinali Silentio extinguentem imitati sunt Romani , quod postea Diocletianus & Maxim. in d. *l. 12.* confirmarunt.

§. XXIV.

*Quoad Ins
Canon.* Nec aliud dicendum de jure Canonico arg. C. I. X. de nov. oper. nunc. Rittershus. different. *Juris Civ. & Canon. in proem. non*

non attento , utrum per viam accusationis procedatur , an a Magistratu ex officio contra reum instituatur inquisitio l. 12. de diversi temp. prescript. l. 2. ff. de Cypod. recr. l. 2. C. de Abolit. Hippolit. singul. 184. Tessaur. Decis. Pedam. 208. n. 1. & 10. de V. S. Farinac. Quest. Crimin. 16. n. 3. Porro nec occulta delicta ab hac præscriptione excipiuntur. Eapropter licet ob ignorantiam non potuit vindicari delictum , nihilominus tamen præscriptionis tempus tanquam continuum etiam ignorantie currit. Test. dec. 208. in fin. Moller. ad Constat. Elector. Saxon. 19. part. 4. n. 6. Dieteric. in Colleg. Crim. C. 10. §. 7. n. 34.

S. XXV.

Quid de jure Saxonico circa præscriptionem Criminum & Saxon. sit statendum , quæstionis est. Utuntur enim Saxones Præscriptionum duplici genere. Rerum mobilium uno , anni nimirum & diei , hoc est sex septimanarum supra annum. Land-Recht Art. 28. & Weichbild Lib. I. art. 4. ubi Gloss. altero immobilium , quæ constat zu annis , adjecto anno & die: dreißig Jahr / noch ein Jahr und Tag / das ist sechs Wochen und 3. Tage Land-R. Lib. I. art. 20. ibique Gloss. Carpz. p. 3. Constat. 3. def. 3. & 5. Ad alterutram harum Criminum præscriptionem etiam pertinere volunt aliqui. Rectius autem statuitur , jus illud de jure Civili hac in parte nihil innovasse , prout pluribus demonstrat præclarissimus quondam JCtus Petr. Heig. part. I. quest. 16. n. 42. & seqq. usque ad n. 51. & hanc sententiam præjudicio illustrat Carpz. Prax. Crim. quest. 141. n. 17. his verbis : So mag nun mehr gestalten Sachen nach/ wegen der von dem gefangenen selbst angeführten Præscription und Verjährung der 20 Jahr/ weil dieselbe nach gemeinsamem Wahns der Rechts-Lehrer / so über die Sach- sische Rechte commeniret und geschrieben / nicht aufgehoben / souvern in Gebrauch und Ubung nochmals ge- halten

halten wird / wider ihn den Gefangenen über das allbereit erlittene Gefängnis ferner nichts fürgenommen werden / und wird demnach derselbe / jedoch wann er zuvor die sie der gefängl. Einziehung aufgewendete Unkosten erstattet / der Haft auf einen gewöhnlichen Urfehden billig entledigt. V. N. B.

§. XXVI.

Dies Luctus. Diebus continuis accensentur dies Luctus , qui intra annum itidem ignorantis uxori currunt in l. 8. ff. de his qui non infamia. ubi Ulpianus hæc habet verba. Sed cum tempus Luctus continua est , meriùs & ignorantis cedit , & ideo si post legitimum tempus cognovit , Labeo ait ipsa die & sumere eam lugubria & deponere. Annus igitur intra quem mulier nubere non debet , currit ignorantis ex die mortis mariti , ita , ut si postea cognoverit maritum mortuum esse , poterit lugubrem vestem assumere , & statim iterum deponere. Per lugubria autem non solum vestes intelliguntur , l. 15. §. 27. ff. de injur. l. 15. C. Ex quib. Caus. infam. verum etiam mulieres abstinerre decebat à Conviviis , ornamenti & alba veste . Paul. i. sent. 21. §. 3. Et ita aurum , purpuram & monilla deposuerunt , atram vestem sumpserunt ; aliaque tristia signa ediderunt. add. Maferag. 3. Miscell. 14. allegat. à Gothofr. ad d. l. 8. edit. Amstelod. de aliis notatu dignis vid. Brunnem. ibid. per tot.

§. XXVII.

DeCollus. deteg. Est & in collusione detegenda quinquennium continuum , per l. 2. §. 1. de collus. detegenda. Nimurum quia Domini colludebant cum servis suis , efficientes eos pronunciari ingenuos , ut sic admitterentur ad honores & dignitates , quod nefas habebatur , SCtum factum est , quo cavebatur , ut , qui collusionem istam detexerit , habeat illum ingenuum falsò judicatum in servum suum. Et hanc collusionem detegere , usque ad quinquennium post

post latam sententiam permisum erat. Sed quia hæc materia in Republ. nostra, nullum amplius habet usum, plura non addam, vid. Brunnem. ad h. tit. de collus. detegenda ff. & Cod.

§. XXVIII.

De doli actione disertè afferitur, illam esse continuam, intra *Affio* biennium, tam ratione initii, quam cursus, adeò ut igno. *Doli*. ranti etiam currat. Ita namque Imperator Constantinus in *l. fin. C. de dol. mal.* rescribit Symmacho Vicario. Optimum duximus non ex eo die, quo se quisque admissum dolum commoraverit, neque intra anni utilis tempus, sed potius ex eo die, quo afferitur commissus dolus, intra continuum biennium, de dolo actionem moveri, sive absuerit, sive presto sit is, qui dolum se passum esse conqueritur. Brunnem. ad eand. Post biennium tamen competit in factum actio, de eo quod ad reum pervenit. *l. 28. in f. & seq. ff. eod.* Gothofred. ad d. l. ult. Cod. Lauterbach. in *CompPEND.* sit. de dol. mal. in *fin.* Cujac. ad Paul. *l. 27. in fin. eod. tit.*

§. XXIX.

Notabilis extat casus biennii continui in *l. 6. ff. de usu & usufr. legat.* ubi quidem tempus currit etiam ignorantis, verum nihilominus tempore isto elapsa superest actio, non quidem ad rem, quæ cum biennio continuo est extincta, sed ad pretium & interesse; species facti nimurum talis est: Titius legavit *Notab.* mihi usumfructum fundi sui ad biennium continuum, a tempore *Caf.* mortis sue numerandum. Hæres impedimento est, quo minus usumfructum intra prescriptum tempus accipiam, idcirco possum ab eo petere estimationem istius ususfructus biennalis, non ipsum usumfructum, qui perii. Tenetur enim mihi hæres propter moram suam periinde, ac si alia aliqua res mihi legata in verum natura esse desilisset. Brunnem. ad h. l. 6. Cujac. ad eand.

ff. XXX.

§. XXX.

Fanfio.

Vidimus huc usque Dies ratione initii . qui currunt , tam scientibus , quam ignorantibus : sequitur contemplari nunc illos , qui quidem ignorantibus non incipiunt præterlabi , sed tamen post scientiam currunt continuo , non exceptis diebus sacris . aut illis , quibus jus non dicitur , quos nefastos alias vocant.

§. XXXI.

Uiles rat.

His opponuntur ratione curiosus Dies uiles , in quibus eximuntur dies festi , feriati & non juridici. Veluti si cui terminus ad agendum sit præstitutus quatuor Septimanarum , tunc dies sacri , qui continentur intra illud spatium , als Sonn- und Feiertage / omnes eximuntur. Ponamus in istis quatuor Septimanis includi Festum Nativitatis Christi , aut Pascha- tos , quibus , quia feriæ multæ continentur , haec omnes subducuntur , aliisque subsequentibus Juridicis replentur , donec numerus dierum ad quatuor Septimanas referri solitorum fuerit redintegratus. vid. l. i. ff. de divers. temp. pres. Bicc. aur. sect. 5. b. 162 | Mynsing. ad. Inst. pr. de vi bonor. rapt. Ruding. 13, Observ. sing. c. I. Hac ratione si dies vel terminus citationis sive comparationis in feriatum incidat , citatus hunc prætermittit , & sequenti Juridico comparet , unde etiam citationibus clausula inseri solita , Da derselbe nicht ein Gerichts- Tag sehn würde / den nächsten Gerichts- Tag darauf zuerscheinen. Rosbach. Process. civil. tit. 38. n. 18. Gail. 1. Ob- serv. 53.

§. XXXII.

Fasti,

Vocantur dies Juridici , i. e. in quibus judiciales actus exercuntur , Gerichts-Amts-und Process- Tage / alias etiam fasti , inde apud Romanos ita nuncupati , quod in illis Prætori liceret sari tria verba , Do : Dico : Addico. Do nimur Bonorum Possessionem , Tutorem , Judicem &c. dico jus , addico Dominium

nium in rei vindicatione victori. vid. Macrob. i. *Saturn.* 19. Rosin.
Antiquit. Rom. 4. 3. Varro 5. de *LL.* Brisson. de *Formul.* Nefasti *Nefasti.*
 è contrario dicebantur, per quos nefas erat Praetori fari illa tria
 verba. Varro d. l. 5. Huc alludit Ovidius: i. *Fastor.*

Ille nefastus erat, per quem tria verba sicutur,

Fastus erit, per quem lege licebit agi.

§. XXXIII.

Cum de continuis mihi agendum sit, missis utilibus, dabo *Exem-*
 unum vel alterum exemplum, ut superius tradita definitio cla-*plum de*
 riior evadat. Primum deromo ex §. 16. Inst. de *Excusat.* *Excusat.*
 Tutor. ubi illi, qui tutores dati sunt, si se excusare voluerint a
 delato munere, causas excusationis sua proponere debent intra
 quinquaginta dies, ex quo cognoverint se esse datos. Eandem
 rem proponit ICetus in l. 13. §. 1. seqq. & §. 9. ff. eod. Conce-
 duntur hic dies 50. continui, feriatis comprehensis; l. 1. ff. de
 divers. temp. preser. intra hos allegandæ sunt cause, sed ter-
 minatio non tam arctè est constricta: toti enim negotio pera-
 gendo sive ad finem deducendo præfixi sunt quatuor menses
 Juxta l. 38. ff. eod. tit.

§. XXXIV.

Proponendæ nimirum sunt hæ excusationum cause coram *Tutorum.*
 eodem Judice, non coram superiori, mediante appellatione.
 dict. §. 16- Inst. quod D. Marcus effecit, cum antea non minus
 à delatione tutelæ, quam alterius muneris fuerit appellatum. l.
 1. §. 1. & 2. ff. quand. appell. l. 18. Cod. eod. l. 13. pr. ff. cod.
 Vin. ad d. §. 16. Brunnen. ad l. 6. C. d. l. ubi reddit rationem,
 quia, scribens, *Judicis delatio non est sententia, sed decre-*
tum, ut moram non patitur hac res, non est jurisdictionis,
nec statim debet Pupillus trahi ad Superiorum. vid. Marant. p. 6.
 tit. de appellat. n. 324. Faber in Cod. tit de appellat. defin. 18.
 Montanus de tutel. cap. 33. Reg. 2. Ceterum quomodo dies illi
 quin-

quinquaginta continui sint numerandi ratione illorum tutorum,
qui dati sunt ultra centesimum lapidem habitantes, & quid per
centesimum lapidem intelligatur, luculenter exponit supra laudata
Excell. Dn. D. Spiz. in Paraphr. & Commentar. ad d. §. 16.

§. XXXV.

Alia.

Huc pertinet biennium, quod querelæ non numeratae pe-
cuniae §. un. Inf. de Lit. Obl. datum est: ut & prescriptio an-
nalis in actione injuriarum l. 5. de Injur. quadriennium restitu-
tionis in integrum, de quo in l. ult. C. de tempor. in integr.
Wurmser. L. 1. tit. 25. obs. 4. Terminus porro probatorius a
Judice præstitutus; Fatale item Appellationis, & in Jure Saxonico
Leuterationis, quod intra decem dies continuos post latam sen-
tentiam est interponendum l. 1. C. de Feriis l. 4. C. de Lib.
Caus. l. 3. C. quom. & qu. Judex. Gail 1. Observ. 139. & alia
benè multa, quæ singula exponere institutum meum non per-
mittit. Regula tamen generalis hic notanda, quod tempora,
quæ à notitia currere incipiunt, ex post facto sint continua,
ab initio verò ante scientiam utilia Tusch. Lit. T. concl. 33. n. 5.

Regula.

De Di-
vortio.

Singulare est, quod in quibusdam dies continuū compu-
tandi sint statim ab actus momento, ita ut tempus illico inci-
piat labi, quemadmodum sit in divortio per l. 1. §. 1. ff. de
agrosti. vel alend. Liber. ubi mulier prægnans jubetur denunciare
marito intra triginta dies post divortium connumerandos se esse
prægnantem. Dies autem istos 30. debemus accipere continuos
non utiles a die divortii d. l. 1. §. 9. quo textu utraque phrasis
post divortium, & ex die divortii, eandem habet significationem,
ut comprehendat nimis ipsum diem adhuc pendentem, non
præterlapsum. Nam dictiones a, ex, & post, eandem vim ha-
bere latè docet Tiraquell. de Retrait lignagier §. 1. Gloss. II. n.
31. & seqq. ex quo Alb. in §. mulier diff. tit. hæc duo loca in-
vicem

vicem conferens, afferit in eo Casu diem divertii computari, quod etiam textus in l. si in Asia 12. §. ult. depos. aperte monstrat, ea nimis verba: ex die quo quid actum est, ipsum quoque diem comprehendere: quæ significatio nec aliis Scriptoribus incognita est. Ita enim Livius lib. 4. ex qua die, ait, scripte conditiones pacis editæ Nabidi forent, ea dies ut induciarum principium esset; in quibus verbis ipsa dies continetur.

§. XXVII.

Quodsi ergo uxor post divertium pariat, denunciatione omissa, prejudicat partui, quad statum, salvo tamen judicio ordinario l. i. §. 4. d. t. Si vero denunciatione facta maritus custodes non miserit, tenetur partum agnoscere, potestque ad id faciendum compelli. Barbos. p. i. rubr. ff. solut. matrim. n. 18. Brunnem. ad l. i. ff. de agnosc. vel alend. Liber. n. 6.

§. XXXVIII.

Simili modo incipit computatio dierum a die actus, non De Interdemum finito die in l. i. §. ex die quo, ff. de vi & vi armat. dict. Unde Siquidem & ibi fructus sunt restituendi, non demum post diem vi. dejectionis, sed ex die, hoc est, illi etiam, qui eo die sunt percepti. Atque sic currit tempus de momento in momentum. Tempus de Idem dicendum de diebus Appellationi præstitutis l. i. §. biduum mom. in s. ff. quand. appelland. ita ut computentur ex die latæ sententiae. mom.

§. XXXIX.

Eiusmodi tamen computatio non procedit in dilationibus, quibus partibus injungitur, ut veniant in judicium, quæ dilationes diem termini non includunt. Bald. e. super eo col. 1. de appellat. Quia propria & genuina est dilationis natura, differre. l. i. ff. si quis caut. in jud. l. et si post tres. 8. ff. eod. c. consaluit. 24. X. de offic. & pot. Jud. del. Et istud procedit in omni dilatione legali & statutaria. Cap. frequens. de restit. ff. in sexto cap. 1. de except. eod. libr. 6.

C 2

§. XL.

§. XL.

*Dies Mef-
fi.* Addam hic quædam de diebus Messium & Vendemiarum, qui etiam sunt continui, sed habent certam determinationem, tam ratione initii, quam finis. Illi nimur ex lege Imperii, ordinat. Camer. à die 8. Jul. usque ad diem 14. Aug. inclusivè. part. 2. §. 7. Alias dicuntur dies caniculares, à cane, cœlesti sidere, ita nuncupati, quorum termini hoc versiculo includuntur.

*¶ Vin-
dem.* Margaris os canis est, caudam Laurentius addit. Vendemiarum verò termini dependent ab arbitrio Magistratus, incident tamen ut plurimum in mensem Octobrem, de qua re locorum illorum, in quibus vini copia nascitur, statuta erunt inspicienda. de mea patria videri potest Württemberg. Lands-Ordnung p. 45. & Herbst-Ordnung §. 1. 2. nec non Land- Recht. p. 1. t. 22. §. fin.

§. XLI.

*Sunt Fe-
ria hu-
manæ.* Hi dies itidem pro feriatis reputantur, non quidem cultus divini contemplatione, verum respectu judiciorum. Hinc feriae humanæ appellantur, quibus colligendis fructibus & uvis vacatur, atque ab actibus judicialibus, maximè verò a litibus & controversiis abstinetur, l. 1. l. 6. ff. de feriis. adeò ut nemo possit ad Judicem venire invitus compelli. l. 1. ff. d. r. licet ipsem et agrorum vel vinearum possessiones aut occupationes non habeat. Nam hæ feriae proficiunt omnibus, etiam studiosis & literatis. Wesembec. in Paratit. de fer. n. 7. Zanger. tr. de Except. p. 2. cap. 7. n. 12. & seqq. vid. Ordinat. Scholastio Elec. Sax. p. 3. tit. von Schul-Geyrthgen. & in Universitat. Ordin. Tit. von Ferien und Vacanzell.

§. XLII.

*Observa-
tionis ra-
tio.* Harum tamen observationis ratio non tam exacta est & præcisa, quin possit recedi voluntate eorum, ad quos res spe- ciat.

Stat. Sunt enim in favorem civium introductæ, quibus quilibet renunciare valet *l. pen. C. de pac*t**. Sed & quarundam cau-
farum favor tantus est, ut admittantur hisce feriis; veluti appella-
tio, *l. i. Cod. de feriis.* plures exceptions similes vid. in *l. 2.*
ff. eod. l. 8. §. 2. de tutor. & Curator. dat. evolve omnino Lau-
terb. disp. pecul. de Feriis *θ. 26.*

§. XLIII.

In camera Imperiali Libelli supplices recipiuntur, *Man. In Camera.*
data decernuntur, ad consilium itur, & relationes audiuntur.
Ord. Cam. part. 2. tit. 33. Roding. *Pandect. Camer. Lib. 2. tit.*
12. n. 6. in not. ubi additur. Audientias tamen hisce feriis nul-
las celebrari, quamvis contrarium disponat Rec. Imp. de Anno
1654. §. die Waterscheidung 88. vers. dann secundo ist den ca-
nicular-Ferien und andern Vacanzen, ausgenommen den
Feiertagen vormittags / wenigs auch wenn die Aufflo-
res in Rath zu gehn pflegen / gehandelt. Lauterbach *d.*
disput. θ. 27.

§. XLIV.

Quin immo sunt ha feriae ita comparatae, ut etiam in die *Sacra ali-*
bus sacris & cultui divino consecratis exceptionem suppeditent, quando bis
ita ut rusticæ operationes illis alias prohibitæ necessitatis ratione feriis in-
permittantur. per l. 3. C. de feriis, ne die dominica quidem *terruri-*
exulta. Verba dictæ legis 3. quia notabilia sunt, integra huc *puntur.*
transcribere placet. Omnes Judices urbanæque plebes & cun-
ctarum artium officia venerabili die solis quiescant. Ruri ta-
men positi agrorum culturæ liberè licenterque inserviant, quo-
niam frequenter evenit, ut non aptius alio die frumenta fulcis
aut vineæ Ierobibus mandentur, ne occasione momenti pereat
commoditas celesti provisio concessa. vid. *Greenweg. ad ean-*
dem, ubi testatur, quarundam Regionum moribus permisum
esse, mensis tempore, diebus etiam sacris, fructus maturos se-
care

sare & colligere, quamvis Leo Imperator licentiam legis ter
tiae non voluerit approbare. Melius sane & rectius, excusa-
tioneque insuper magis dignum est, rusticos hujusmodi operis
ex necessitate temporis partem aliquam impendere, quam po-
tionibus, Iusibus, & saltationibus, aliisque cupidinibus carnis,
quemadmodum in publicis diversoribus hisce diebus festis frequen-
ter fieri affoleret, litare. v. Riccin. Lib. 6. Lucubr. c. 22.

S. XLV.

*De Me-
tallis.*

Superiorem permisum etiam ad metallâ facienda, neces-
sitate id postulante, protrahunt Riccin. d. l. In pluribus locis
conciones hebdomales penitus istis feriis humanis cessare juben-
tur, prout hoc constat ex ordinat. Ecclesiastica Ducum Saxon.
Vinariens. part. 2. c. 5. n. 9. verb. und weil der Bauersman
in der Ernd-Zeit mit Einsammlung des von Gott be-
scherken Segens / mehr als sonst zu thun/ seind berührte
Wochen-Predigten von Margaretha an bis auf Mi-
chaelis einzustellen / so bald aber hernach widerum an-
zufangen.

S. XLVI.

Halecia Eadem necessitatim ratione, quæ legem non habet, &
capinuntur, idèò facit licitum, quod alias non esset licitum, Pontifex in C.
3. X. de feriis. indulget Parochianis diebus Dominicis aliisque fe-
stiis, si halecia (Piscium genus, quod rarius & certis diebus
saltem apparet) terræ se inclinaverint, eorum captioni intendere,
sub hac conditione, ut Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperi-
bus congruam faciant portionem. Idque locum inventis in omni
Genere piscium, quorum pescatio aliquo tantum tempore exer-
ceri potest, quales sunt punni, spodi seu fardæ, ceu ex aliis
refert Gonzalez ad d. c. 3. Per congruam autem portionem
Glossa & alii interpp. decimam partem intelligent, quam non
per modum consili, sed ex præcepto inferendam docent Bald.
Abbas Ancheran. in d. c. 3.

S. XLVII.

S. XLVII.

Tandem reperiuntur quædam negotia , quæ uno anno *Annis bo-*
continuo finiuntur, ut sunt, verbi gratia, bona Ecclesiastica ad na ad Ec-
Ecclesiam reversa , quæ post annum continuum inducunt in cleiam re-
corporationem, ut dicantur effecta de mensa. Alex. Consil. ult. verfa, fa-
nnum. 7. lib. 4. Ita post lapsum anni non amplius dicuntur sponsi
vel nuptiæ. Tusci. lit. T. concl. 28. Sic, qui quindecim annis con-
tinuis servivit, ad Libertatem perducitur, & civis Romanus fit. mensæ.

l. 1. C. si mancip. it. fuer. alienat.

His continuum meum claudam : Potuisset quidem hoc *Epilogus,*
 argumentum , pro amplitudine & dignitate sua , prolixius ex-
 poliri , verba propositi memor , mihi non tractatum ,
 sed specimen disputationis inauguralis fuisse scribendum , fi-
 lum abrumpo , Antiquum dierum pro continua suis bene-
 ficiis in me quotidie collatis , humillima mente gratias agens ,

insimulque petens , ut in me dies Benedictionum suarum

continuet , quorum non est

F I N I S.





Actenus abfueram, varias dilapsus
ad oras
Vallis ut & collis culmina multa
videns.
Hocce morae vero fuit, ut non pignus amoris
Heic præsens fruerer, *dulcis Amice*, Tui.
Attamen hoc factum præsens hæc corrigithora
Ut redeunte TIBI me novus exit honor.
Ipse etiam video, video lætorque quod ampla
Præclaræ Themidos præmia rite feras
Hinc adeo calidum votum plaudentis Amici
Suscipe, nec verso pollice quælo premas,
Sit novas hic Titulus TIBI felix, omne fausto
Ex Doctorando sic mihi Doctor eris.

*Gratulationis ergo monumentum
hocce veræ amicitiae
posuit*

M. ALBRECHT HEERING
Med. Cand.

Aldorf, Diss.) 1708/09



3

TA → OL

nur A + B verknüpft und f

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

G. 1. num. 11.
1709 2a

I. I.

DE

DIEBVS CONTINVIS

AVTORITATE ET CONSENSV

MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS

IN ALMA ALTORFINA

PRO GRADV DOCTORALI

IN AVGVRALITER DISPVTABIT

JOHANNES FRIDERICVS *Gilger*

SVEV. VVÜRTEMB.

AD DIEM 10 SEPT. ANNO 1669.

LITERIS KOHLESII, VNIV. TYPOGR.

